

QUI DILEXIT NOS..., et per gratiam suam, quæ est semen æternæ gloriæ; nos consolatus est spe bonorum æternorum.

VERS. 16. — EXHORTETUR CORDA VESTRA; ipse, inquam, uterque cordibus vestris istud solatium imprimat, ET CONFIRMET IN OMNI OPERE BONO ET SERMONE, vosque sic stabiliat in bonâ doctrinâ et in opere bono, ut recta loquantini et facialis. Post exhortationem precatione finit, quasi diceret: Ipse Jesus Christus Salvator noster, et Deus Pater noster, sit cordium vestrorum consolator, vel exhortator (Græc. enim significat utrumque) et confirmator. Internâ scilicet

VERS. 16. — Exhortetur corda vestra, consoletur, et confirmet in omni opere et sermone bono. Sensus est:

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda, et ad praxim redigenda.

1° Ad tui consolationem, discè eum gaudio et nota quod homini verè christiano, de peccatis verè dolenti, et in Jesum Christum, Salvatorem mundi, speranti, multo magis optandus et desiderabilis sit quam metuendus adventus Domini. Hujus consolatorie veritatis rationes vide in commentario, v. 4. Ibidem vide responsiones objectionibus timorem suadentibus. Id etiam videre potes 1 ad Thessal. 5, 5. De peccatis itaque dole, spera in Jesum Christum, tuique Salvatoris adventum opta.

2° Ad tuæ salutis securitatem, quia prorsus incertum est hujus adventus dominici tempus, solum Deo cognitum, juxta Christi Domini monitum, in omni loco, omnique tempore vigila; tanquam servus fidelis et prudens, expecta Dominum, lumbis præcinctis, lucernas tenens in manibus, semperque paratus. Vide dicta v. 5.

3° Ex v. 6, discè quid agendum in Scripturâ difficultatibus, et in rerum obscuritate quas Deus nobis clarè revelare nolit. Hanc ipsam Dei voluntatem humiliter adora, et de infinitâ ejus sapientiâ plenè persuasus, tu te ei submitte. Libenter ignora quæ Deus à te vult ignorari, et ne præsumas sapere plus quam oportet sapere. Recordare quod Deus, etiam absconditus, sit adorandus. Veritates itaque ab eo revelatas grato quidem animo suscipe, crede, amplectere, exsequere.

CAPUT III.

1. De cætero, fratres, orate pro nobis, ut sermo Dei currat, et clarificetur, sicut et apud vos;

2. Et ut liberemur ab importunis et malis hominibus; non enim omnium est fides.

3. Fidelis autem Deus est, qui confirmabit vos, et custodiet à malo.

4. Confidimus autem de vobis in Domino, quoniam quæ præcipimus, et facitis, et faciatis.

5. Dominus autem dirigat corda vestra in charitatem Dei et patientiâ Christi.

6. Denuntiamus autem vobis, fratres, in nomine Domini nostri Jesu Christi, ut subtrahatis vos ab omni

consolatione hortetur et impellat animos vestros ad observationem doctrinæ vobis traditæ, et ad bonorum operum consummationem, ut ad salutem ad quam vocati estis valeatis pervenire. Deus solus cordium vestrorum consolator, exhortator et confirmator, gratiæ suæ unctione et perfusione cor sic consolatur ut et illud exhortetur, et confirmet et impellat ad omne bonum opus. Deus cordis mei, cor meum gratiæ tuæ luce perfunde, unctione penetra, ut luce divinâ perfusum credenda credat; unctione penetratum, dilatatum, viam mandatorum tuorum currat.

Et stabiliat vos ac perseverare faciat in omni bonâ doctrinâ, atque in omni genere honorum operum.

Abscondita verò Dei reverere, adora, et contra Dei voluntatem penetrare ne tentaveris.

4° Ex v. 7, discè quid sint impij et heretici. Nimirum Antichristi rudimenta et præcursores. Vide ibi dicta in commentario. Hincque concludit quod dixit D. Joannes, primæ Epistolæ cap. 2, v. 22: *Nunc Antichristi multi facti sunt.*

Antichristus jam est in mundo, in suis scilicet virginitatis et rudimentis; vide v. 7. Attende itaque et vide quomodò cautè ambules, cum quibus converseris et vivas, et tu tibi cave.

3° Astutiam diaboli in hereticis vide et nota v. 11. Ipsi sunt Antichristi; et ne se ut tales agnoscent, dupliçi cæcitate ferit eos diabolus: Antichristum in semetipsis non vident, in quibus est de facto; in Papâ vident, in quo non est. Hincque discè quam timenda sit mentis cæcitas, et quam horrenda hæresis pervertens quâ diabolus tot homines excecavit.

6° Ex v. 10, discè quam terribilis sit Christo, veritati et charitati, non credere. *Hoc enim est judicium mundi.* Hoc veritatis et charitatis oblatæ repudium gravissimâ infidelitatis et cæcitatibus pœnâ puniunt. Catholicus ergo veritati credens, sanctitati studens, Deo gratias agat, quod eum elegit in salutem per sanctificationem spiritûs et fidem veritatis; v. 12. In quâ fide constanter perseverans, Christo mente, corde, opere, jugiter adhaereat.

CHAPITRE III.

1. Au reste, nos frères, priez pour nous, afin que la parole de Dieu se répande de plus en plus, et qu'elle soit partout en honneur, ainsi qu'elle l'est parmi vous;

2. Et afin que Dieu nous garantisse des hommes déraisonnables et méchants, car la foi n'est pas commune à tous;

3. Mais Dieu est fidèle, et il vous affermira et vous préservera du malin esprit.

4. Quant à vous, nous avons cette confiance en la bonté du Seigneur, que vous accomplissiez, et que vous accomplirez toujours ce que nous vous ordonnons.

5. Que le Seigneur vous donne un cœur droit dans l'amour de Dieu, et dans la patience de Jésus-Christ.

6. Nous vous ordonnons, nos frères, au nom de Notre-Seigneur Jésus-Christ, de vous retirer de tous ceux d'entre vos frères qui se conduisent d'une ma-

fratre ambulante inordinatè, et non secundum traditionem quam acceperunt à nobis.

7. Ipsi enim scitis quemadmodum oporteat imitari nos: quoniam non inquieti fuimus inter vos:

8. Neque gratis panem manducavimus ab aliquo, sed in labore et in fatigatione, nocte et die operantes, ne quem vestrum gravavimus:

9. Non quasi non habuerimus potestatem, sed ut nosmetipsos formam daremus vobis ad imitandum nos.

10. Nam et cum essemus apud vos, hoc denuntiamus vobis: quoniam si quis non vult operari, nec manducet.

11. Audivimus enim inter vos quosdam ambulare inquietè, nihil operantes, sed curiosos agentes.

12. Is autem qui ejusmodi sunt, denuntiamus, et obsecramus in Domino Jesu Christo, ut eum silentio operantes, sumum panem manducent.

13. Vos autem, fratres, nolite deficere beneficientes.

14. Quod si quis non obedit verbo nostro per epistolam, hunc notate, et ne commisceamini cum illo, ut confundatur:

15. Et nolite quasi inimicum existimare, sed corripite ut fratrem.

16. Ipse autem Dominus pacis, det vobis pacem sempiternam in omni loco. Dominus sit cum omnibus vobis.

17. Salutatio meâ manu Pauli; quod est signum in omni epistolâ: ita scribo.

18. Gratia Domini nostri Jesu Christi cum omnibus vobis. Amen.

ANALYSIS.

Thessalonicensium orationes interpellat, v. 1, 2. Eis vicissim auxilium Dei promittit, v. 5.

Confidit quod, Deo juvante, sua præcepta servabunt, v. 4; et ob id Deum orat, v. 5.

Præcipit ergo ut otiosos et inquietos vitent, v. 6; ipse apud eos non vixit otiosus, sed die nocteque laborans,

PARAPHRASIS.

1. De cætero, fratres, orate pro nobis (Evangelii ministris) et Evangelica doctrina per nostrum ministerium feliciter et citò propagetur, et ubique habeatur in honore, sicut apud vos.

2. Et propterea orate ut liberemur ab hominibus improbis et facinorosis (qui nobis resistunt, cursumque sistunt Evangelii), non enim omnes Evangelico credunt.

3. (Ne tamen ideò turbemini,) fidelis enim est Deus, qui vos in fide confirmabit, vosque liberabit à malo.

4. De vobis optimè spero, confidoque quod per Dei gratiam et facitis modò, et deinceps faciatis fideliter, quæ vobis præcipio.

5. Confido, inquam, sed et propterea rogo, ut Dominus corda vestra dirigat (faciatque vos rectâ viâ ambulare) in charitatem Dei et patientiâ Christi.

6. Præcipimus autem vobis, auctoritate nobis à

nière déréglée, et non selon la tradition qu'ils ont reçue de nous,

7. Car vous savez vous-mêmes ce qu'il faut faire pour nous imiter, puisqu'il n'y a rien eu de déréglé dans la manière dont nous avons vécu parmi vous.

8. Et nous n'avons mangé véritablement le pain de personne; mais nous avons travaillé jour et nuit avec peine et avec fatigue, pour n'être à charge à aucun de vous.

8. Ce n'est pas que nous n'en eussions le pouvoir, mais c'est que nous avons voulu nous donner nous-mêmes pour modèle, afin que vous nous imitassiez.

10. Aussi lorsque nous étions avec vous, nous vous déclarions que celui qui ne veut point travailler ne doit point manger.

11. Car nous apprenons qu'il y a parmi vous quelques gens inquiets, qui ne travaillent point, mais qui se méient de ce qui ne les regarde pas.

12. Or nous ordonnons à ces personnes, et nous les conjurons par Notre-Seigneur Jésus-Christ, de manger leur pain en travaillant en silence.

15. Et pour vous, nos frères, ne vous laissez point de faire le bien.

14. Si quelqu'un n'obéit pas à ce que nous ordonnons par notre lettre, notez-le, et n'avez point de commerce avec lui, afin qu'il en ait de la confusion.

15. Ne le considérez pas néanmoins comme votre ennemi; mais avertissez-le comme votre frère.

16. Cependant je prie le Seigneur de paix de vous donner la paix en tout temps et en tout lieu. Que le Seigneur soit avec vous tous.

17. Je vous salue ici de ma propre main, moi Paul; c'est-à-dire je vous salue dans toutes mes lettres: j'écris ainsi.

18. La grâce de Notre-Seigneur Jésus-Christ soit avec vous tous. Amen.

v. 7, 8, 9; itaque otiosos ad laborandum coercerunt, v. 10, 11, 12. Quod si quis eorum sit contumax, notetur ut vitetur, v. 14; non tamen ut inimicum separetur, sed ut frater corrigatur, v. 15.

Denique pacem eis appetunt et gratiam, v. 16, etc.

Christo Domino datâ, ut eorum fratrum familiarem fugiatis consuetudinem qui vivunt turbulentè, et inordinatè, et non servant eam institutionem quam à nobis acceperunt verbis et exemplis.

7. Ipsi enim scitis qualia vobis dederimus exempla, et quomodò nos oporteat imitari; non vitam enim apud vos gessimus inordinatam, nec otiosi fuimus, nec inquieti.

8. Neque gratis ab aliquo vestrum panem accepimus manducandum, sed cum labore et sudore, die et nocte assidè laborantes, ne cui vestrum essemus oneri.

9. Non quod nobis deesset jus vestris vivendi similibus, sed ut in nobismetipsis exhiberemus vobis exemplar quod imitaremini.

10. Etenim cum apud vos essemus, præcipiebamus ut quisquis operari noluisset, is nec manducet.

11. Siquidem audivimus quosdam esse apud vos

qui, licet jam moniti, vitam tamen agunt incompositam, nihil agentes, hincque inquieti, curiosi, aliena scrutantes.

12. Talibus autem denuntiamus, sed et eos obsecramus per Dominum nostrum Jesum Christum, ut quietè laborantes, manuceant panem suum, non alienum.

15. Vos autem, fratres, ne cessetis benefacere.

14. Quòd si quis huic nostro præcepto, per hanc Epistolam significato, non obedit, eum notate, et cum eo ne conversemini, ut pudore suffusus respiciat.

COMMENTARIA.

VERS. 1. — DE CÆTERO, FRATRES, ORATE PRO NOBIS... Præces pro precibus petit; in fine capituli præcedentis oravit pro eis, eorum nunc orationes rogat. Attende autem quid petit; non à periculis liberari, in hoc enim positus erat, ait D. Chrysostomus, sed ut SERMO DEI CERRAT, egregia metaphorâ significans: Ut Evangelium Christi, per nostrum ministerium, feliciter et citò propagetur, innoscescit ubique, et in honore habeatur, sicut apud vos honoratur. Ecce dig-num ministro Christi votum! gloriam Christi, Evangelii honorem optare, non sua querere. Adò nihil privati optabat, sed omnia Dei, ait Theophylactus.

VERS. 2. — ET UT LIBEREMUR AB IMPORTUNIS... Duplex videtur esse petitio, una tamen est: superatis enim hominibus improbis, currit sermo tui, ait Theodoretus.

Sed qui sunt illi D. Paulo importuni, Græc. ἀγροῦται, quasi nullo loco consistentes? Et Judæos pato, legis Mosæicæ zelantes, et judicantes, seu Christianismum Judaismo conciliare volentes. Utrique enim Paulo erant infensi; de civitate in civitatem properabant ut Paulo contradicerent et Evangelii cursum impedirent, ut videre est in Actis apostolorum. Illorum importunitates et persecutiones noverant Thessalonicenses, ut patet ex Act. 17, v. 5; hinc ut illis notas supponit Apostolus: eorum tamen rationem reddit, dicens:

NON ENIM OMNIUM EST FIDES, quasi diceret: Ne mirerini et quòd nos persequantur, et quòd Evangelio contradicant: non enim omnes, quibus annuntiat Evangelium, ei credunt. Nec etiam omnes qui Evangelio credere profitentur verè credunt, seu veram fidem habent. Utraque explicatio et literæ convenit, et menti Apostoli conformis est. Prima quidem

VERS. 1. — De cætero, fratres, orate pro nobis, ut sermo Dei currat et clarificetur, id est, ut evangelica doctrina per nostram prædicationem feliciter ac sine impedimento propagetur ac proficiat.

Sicut et apud vos, subaudi, glorificatus est sermo Domini.

VERS. 2. — Et ut liberemur ab importunis et malis hominibus. Significatur homines absurdè, improbi, insolentes, quales tunc erant judicantes et similes, qui ubique concitabant plebem contra Paulum et apostolos, et quales modo sunt hæretici.

Non enim omnium est fides. Orate pro nobis, ut liberemur ab importunis et malis hominibus, qui verbi Dei cursum impediunt; quòd mirandum non eos fa-

15. Ne propterea tamen eum ut inimicum existimetis, et asperè tractetis, sed ut fratrem vestrum benignè ac benevolè revocate.

16. Dominus autem, pacis auctor, det vobis pacem eorum nam, seu in omni tempore et omni loco. Dominus per suam gratiam sit cum omnibus vobis.

17. Salutatio, meâ Pauli manu propria literis subscripta, et quæ signum est quòd Epistola verè sit mea, hæc est quæ sequitur:

18. Gratia Domini nostri Jesu Christi sit cum omnibus vobis. Amen.

de Judæis vera est, qui auditâ fidei prædicatione credere noverunt, sed in sua infidelitate peristerunt. Secunda verò de judaizantibus, et aliis hæreticis, qui Christianismum profitentes non sunt tamen verè fideles et Christiani.

Sed unde hoc? An à Deo? Et quidem, quantum est ex se, illuminat omnem hominem, etc., omnes, quibus annuntiat Evangelium, vocat ad fidem. Unde ergo? Ex hominum rebellionem vocanti Deo resistente; ex hominum obstinatâ malitiâ tenebras luci præferente, vitæque virtuti. Tenebras et tenebrarum amant opera: hinc Evangelii lucem et sanitatiem reformidant et repellunt. In vitis et concupiscentiis suis sibi placent: hinc Evangelium, vitâ prohibens, et concupiscentias reprimere præcipiens, oderunt. Qui in vitis sibi placent, non credent nobis, etiamsi solem manibus gestemus, ait Lactantius à Grotio citatus. Quam merito itaque Christus dixit: *Hoc est iudicium mundi, quia dilexerunt homines magis tenebras quam lucem.* Quam justè dictum est illi: *Perditio tua, Israel; Osee 13, 9.*

VERS. 5. — FIDELIS AUTEM EST DEUS... quasi diceret: Licet, ut dico, fides externos et domesticos habeat hostes, Judæos scilicet et hæreticos; ne propterea turbemini, nec eos timeatis. *Fidelis enim est Deus*, id est, Deus, qui rebelles et ingratos in suâ relinquit obstinatione et malitiâ, suos fideles et sibi obediens servat et protegit. Vos ergo sic confirmamini in fide (sicut oravimus) et non concutiimini; vosque ita proteget, ut non contra vos prævaleat Satanas. Magna hinc omnibus fidelibus in Deum fiducia. *Qui cepit, ipse perficiet*; qui vocavit et ad salutem elegit, ipse CONFIRMABIT in fide, ET CUSTODIET à MALO, seu à maligno, seu ab omni malo. Caveamus tamen secundam, propter sequentia

cere quia non omnium est fides; id est, non omnibus datur ut credant, non omnes ad propositum Dei perficiant, vocatis ad finem efflicaci suâ vocatione. Non omnes obediunt Evangelio. Hæc igitur insinuat fidem esse singulare Dei donum, quòd non sit omnibus à Deo concessum. Quòd ergo nolunt fidem Christi amplecti causa est cur permanent mali et importuni.

VERS. 5. — Fidelis autem Deus, etc. Quamvis, inquit, sint qui fidem graviter oppugnant, non est quòd turbemini: nam fidelis est Dominus Christus, id est, verax et constans in promissis; ideoque vos confirmabit in fide, ne ab ea excidatis, et custodiet à malo, id est, ab adversario, scilicet diabolo, ne per malos

VERS. 4. — CONFIDIMUS AUTEM IN DOMINO DE VOBIS...

Ne existimantes totum esse Deo, ipsi seques evadant. Ecce nunc eorum cooperationem postulat, ait Theophylactus post Chrysostomum. Quasi diceret: Deus quidem fidelis est, et omnino facit quæ sua sunt, sed si vos etiam operemini. Theophylactus et Chrysostomus. Dabit Deus salutem quam promisit, sed ut promisit; id est, si velimus, et eum audiamus: non enim promisi absolute, neque tanquam lignis et lapidibus, sed ut hominibus, liberis scilicet et volentibus. ex D. Chrysostomo. Uterque D. Chrysostomus et Theophylactus expendunt D. Pauli sapientiam his in verbis: *Confidimus in Domino de vobis...*; quibus, impium, Paulus ita indicat totum à Deo pendere, ut et etiam totum pendeat à nobis. *Confidimus in Domino*, id est, bonitati Dei, quæ vos confortat. Hoc ostendit totum à Deo pendere. Sed ne propterea ipsi fiant otiosiores, addit: *Confidimus in Domino de vobis, quod facitis, et facietis*, quibus verbis indicat ita totum in Deum esse rejiciendum, ut nos etiam operemur. Nec fuit contentus dicere *facitis*, sed adiecit *facietis*, ostendens nobis ad extremum usque spiritum virtutem adesse debere.

VERS. 5. — DOMINUS AUTEM DIRIGAT CORDA VESTRA IN CHARITATE DEI... Græcè, in charitatem Dei et patientiam Christi. Rursus ad Deum, omnis justitiæ fons, nostræque salutis auctorem recurrit, quasi dicit: *Confido in Domino, seu bonitati Dei, de vobis certus sum, propterea rogo, ut per Spiritum suum corda vestra sic dirigat in charitatem Dei, et patientiam Christi*, ut per utramque virtutem recto tramite faciat vos ad salutem pervenire, Dei scilicet præcepta ex amore servando, et persecutione, omniæque hujus vitæ malâ, Christi patientiâ perferendo.

Observatio moralis.

Hinc discamus quòd charitas et patientia recta sint ad salutem semita; per charitatem ad Deum, qui charitas et amor est, rectâ tendimus; per patientiam Christo patienti, salutis auctori, conformamur, ut Christo glorioso similis efficiamur. Illis itaque duabus virtutibus præcipue et continue nobis studendum est; omnia ex amore Dei facere; omnia Christi patientiâ ferre. Orationum itaque nostrarum summa, nostrumque votum continuum sit: *Dominus dirigat cœra nostra*, etc. Per gratiam suam sic cor meum dirigat in charitatem Dei, ut ipsum verè et unice diligam; ipsius gloriam in omnibus unice queram; ad eum ita rectè tendam, ut in ipso solo quiescat cor

homines, velut artis suæ instrumenta, fidem vestram subvertat.

VERS. 4. — *Confidimus autem de vobis, in Domino*, id est, per Dominum, per gratiam Domini Jesu Christi.

Quoniam quæ præcipimus, et facitis, et facietis, id est, quòd præcepta à me vobis tradita servatis, etc.

VERS. 5. — *Dominus autem dirigat corda vestra*, etc. Velut exemplari vobis proposito, hoc est, ad imitantium charitatem Dei, etc. Opto vobis ut Christus Dominus corda vestra dirigat, moveatque magis ac magis ad dilectionem Dei, id est, ad diligendum Deum; et ad sustinendam Christi, id est, ad expectandum

meum. A recto charitatis calle et consequenter à Deo nos retrahunt opes, vana gloria, seculi voluptates. Dominus autem sic dirigat cor meum, ut, contentis opibus, inani gloriâ, deliciis, recta tendat ad Deum, et in ipso solo Deo quiescat ut summo bono, ut glorie tanto, ut deliciarum immenso pelago Deus et omnia: Deus meus et omnia, et divitiæ, et gloria, et gaudium et vita. Diligam ergo te, thesaurus meus; et in te solo et unico bono quiescat cor meum. Diligam ergo te, gloria mea, honoris centrum; et in te solo et de te solo glorietur cor meum Diligam ergo te, ó cordis mei voluptas et vita! Signa, signa super me lumen vultus tui, da te letitiam in corde meo, sicque verè vivam, verè gaudebo et beatus ero. *Beatus homo cuius Dominus Deus ejus.*

ET IN PATIENTIÀ CHRISTI. Non immerito charitati Dei patientiam addit Christi.

Non solum enim hic agendum est, sed sepius patientium: mala hic inevitabilia: oportet pati Christianum, sicut oportuit pati Christum, et ita intrare in gloriam suam.

Patiatur itaque Christianus, non ut philosophus, non ut politicus, sed ut ipse Christus.

Et in patientiâ Christi. Patientiam sicut passus est Christus, eo quo Christus passus est animo, ex amore Dei et eum amore proximi, cum obedientiâ erga Deum crucis nobis destinantem, cum claritate erga proximum cruci nos assequentem; diligimus inimicos nostros, sicut Christus crucifixus dilexit suos; benefaciamus iis, etc. et oremus, etc. Hoc est Deum diligere, propter eum pati eo quo Christus passus est animo, id est, eâ claritate. Passio Christi fuit summus amor et Dei et proximi. Sic itaque patientiam, ut Deum amemus et proximum; Deum, prima malorum nostrorum causam, adoremus, colamus, diligamus; proximum, Dei ministerium, nos torquentem, amemus, honoremus, beneficiis cumulemus.

VERS. 6. — DENUNTIAMUS AUTEM VOBIS... In primâ Thessal. Epist., cap. 5, v. 14, dixerat Ecclesie superioribus: *Corripite inquietos.* Hic autem, quia novit nondum emendatos, acris corrigi, et excommunicandos denuntiat. Præcipimus vobis nomine et auctoritate Christi, ut eorum viticos consortium qui vivunt inordinatè. Græcè, ἀτάκτους. Hoc nomine explicatum est 1 Thessal., cap. 5, v. 14; hic significat otiosos, curiosos, negligentes sui ordinis et officii, inquietos sibi et aliis, seu aliorum pacem perturbantes. Otium patet curiositatem parit, curiositas inquietudinem,

patientem adventum Christi remuneratoris.

VERS. 6. — *Denuntiamus, id est, præcipimus, autem vobis, fratres, in nomine Domini nostri Jesu Christi*. Præcipimus vobis nomine et auctoritate Christi Domini, cuius sumus vicarii, idque potestate ab eo accepta.

Ut subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinatè, id est, incompotè, turbulente, etc. Inordinatè intelligit eum qui quòd sui est ordinis atque officii non facit, et facientes turbat.

Et non secundum traditionem, quam acceperunt à nobis. Traditio est institutio tradita voce, vel, ut inquit Chrysost., opere.

inquietudo disciplinam solvit, causat inordinationem; etenim otiosi et curiosi omnibus sese immisceant, inquieti sunt et alios inquietant, siquæ ordinem et pacem perturbant. Hoc hominum genere nihil in societate pejus : non nisi mirum, si tantâ severitate eos coerceret Apostolus. Debet unusquisque Christianus facere quod hinc Thessalonicensibus præcipit Apostolus, inordinatos vitare.

ET NON SECUNDUM TRADITIONEM... Inter alia vite præcepta, eos vivâ voce docuerat Apostolus ut quivis laboraret, nullus inertie vacaret, nullus otio, v. 10, hinc non secundum traditionem.

VERS. 7. — IPSI ENIM SCITIS QUEMADMODUM... Quia otio valde dediti erant Thessalonicenses, hinc Paulus non verbis tantum laborem eis præcepit, sed et hujus insituti dedit exemplum, suis manibus nocte laborans et die. Hinc ipsi scitis, quasi diceret: Exemplum dedit vobis, itaque nos imitemini. Nec otiosus vos nec inquietus.

VERS. 8. — NEQUE GRATIS PANEM MANDUCAVIMUS... Græc., *acceptimus*, idem vide primâ Epistolâ, c. 2, v. 9.

SED IN LABORE ET FATIGATIONE. Græca vox significat laborem graviorem qui defatigare solet et sudorem exprimere.

NOCTE ET DIE OPERANTES. Assiduitatem laboris exprimit. Erat artis scenofactoriæ, seu consuebat tabernacula ex pellibus, quibus milites in castris uterentur. Hinc Origenes, homil. 17 in Numer., ait: Paulus à faciendis tabernaculis terrenis ad cœlestia construenda translatus est.

Observatio moralis.

Sed quod hic magis mirandum occurrit, utraque tabernacula simul faciebatur, et terrena et cœlestia; et animas convertibat, et manibus laborabat; et Ecclesiam fundabat, et terrena tabernacula diu nocturne consuebat, ne panem, inquit, à nemine gratis acciperem. Papæ! Paulus gentium Apostolus, totius orbis doctor, tot et tantarum Ecclesiarum pater, magister, et curator sollicitus, diu nocturne laborat, et usque ad defatigationem et sudorem laborat, ut panem gratis non comedat. O spectaculum Deo, et angelis et hominibus, dignum! Dignum, inquam, Dei complacentiæ, angelorum extasi et stupore, hominum admiratione simul et imitatione. Mirentur illud et imitentur præsertim omnes Evangelii et animarum ministri, hincque discant primò apostolici animi libertatem nullo temporali modo mancipare, munera omnino spernere, temporalia contemnere, cupiditatem omnem, si fieri potest, è cordibus suis evellere.

VERS. 7. — *Ipsi enim scitis quemadmodum oportet imitari nos*, id est, scitis quale exemplum ipse vobis dederim: quod imitari debeatis.

Quomam non inquieti sumus inter vos; q. d.: Non sumus apud vos otiosi, ac consequenter nec inquieti, nec turbulenti.

VERS. 8. — *Neque gratis panem manducavimus ab aliquo*, etc. Mechanicam ergo artem exercuit Paulus, puta scenofactoriam, unâ eam prædicatione Evangelii, ut patet Act. 18: unde Origenes, homil. 17 in Numeros: Paulus, ait, à faciendis tabernaculis terrenis

ut spiritualia animo liberali et gratuito largiantur. Qui recipit, ei à quo recipit mancipatur.

Non bene pro toto libertas venditur auro.

Multò minus apostolica libertas corrigendi, veritatem dicendi, injustè petita denegandi, officio suo generosè fungendi. Secundo, discant hinc otium fugere, vitam mollem, delicatam, inutilem cavere, sed laboriosam et penitentem amplecti; tempus nunquam inutiliter terere, sed diu nocturne laborare; modò in divinis laudibus decantandis, modò in lectione et meditatione verbi divini, modò in doctrinâ ejusdem verbi, modò in sacramentorum administratione, modò etiam in quâdam corporali exercitatione.

VERS. 9. — *Non quasi non haberemus potestatem*... Hoc ipsum dixit eis in primâ Epistolâ, cap. 2, v. 7: *cum possemus, ut apostoli, vobis oneri esse*... Vide hunc locum. Ex Christi ipsius ordinatione, et ex æquitate, potestatem habebamus vestro sumptu vivendi. Æquum enim est ut qui Ecclesiæ servit de Ecclesiâ vivat, et qui spiritualia ministrat carnalia recipiat.

SED UT NOSMETIPSOS FORMAM DAREMUS VOBIS AD IMITANDUM. Si enim ego, cui jus erat à vobis vite necessaria exigendi, juri meo cedens, diurno nocturnoque labore panem manducandum acquisivi, quanto magis vos, quibus tale jus non est, labore debetis vobis necessaria comparare, non autem otio indulgere, et panem ab aliis accipere gratis!

VERS. 10. — *Nam cum essemus apud vos*... Nihil novi vobis dico, nam cum apud vos essem, præcipiebam vobis propriis manibus laborare, addebam adagium commune: *Si quis non vult laborare...*

Quia Thessalonicenses erant otio valde dediti, ut eos corrigere Apostolus, et docui laborandum, et doctrinam suam adagiis confirmavit et exemplis suis. Quod autem Thessalonicenses docuit, hoc et docet omnes. Laborandum est, quia homo nascitur ad laborem, et avis ad volatum, Job. 3, 7. Quia præterea homo damnatus ad laborem. Post peccatum, labor omnibus hominibus, in Adamo, quasi penitentia generalis et communis, à Deo impositus est. *In sudore vultus tui vesceris pane*... Gen. 3, 19. Hæc conditio panis homini peccatori conceditur. *In sudore*... Labor itaque, sive corporalis, sive spiritualis, omni prorsus homini necessarius. Hinc à labore nullum eximit Apostolus: *Si quis non vult operari*: quicumque sit, sive dives, sive pauper, etc. Nota tamen verba: *Si quis non vult operari*: non verò si quis non operatur. Quia voluntas et cordis dispositio potius à Deo spectantur quam manus et opus. D. Chrysostomus et Theophylactus

ad cœlestia construenda translatus est: nimirum consuebat tabernacula ex pellibus, quibus milites uterentur in castris.

VERS. 9. — *Non quasi non haberemus*, id est, habemus, potestatem; gravandi vos scilicet sumptu, et à vobis quasi catechumenis meis aliam petendi.

Sed ut nosmetipsos formam daremus vobis ad imitandum nos, id est, ut facti nostro vobis præberemus exemplum quod imitaremini.

VERS. 10. — *Nam et cum essemus apud vos*, hoc de nuntiabamus, id est, præcipiebamus, vobis, etc.

orantem et jejunantem à labore corporali non exigunt. At is qui docet non cogitur operari, quia difficilis opus aggreditur, ait Theophylactus.

VERS. 11. — *Auditivus* (Græc., *audimus*) ENIM INTER vos... Audiivi tamen quosdam apud vos, licet verbis et exemplis meis edoctos, licet etiam à me per primam Epistolam meam jam monitos, vitam tamen otiosam et ideò inordinatam et inquietam, sibi et aliis agere. Vita otiosa est et curiosa, et inquieta, et inordinata, quia, ut dictum est supra, otium curiositatem parit, curiositas, etc. Vide v. 6. Est etiam inordinata, quia contra ordinem Dei, de quo versu præcedente.

VERS. 12. — *Is autem qui ejusmodi sunt*... Talibus, quicumque sint, præcipimus, sed et obsecramus... Præcipit ut apostolus, obsecrat ut pater, utrumque autem per Dominum nostrum Jesum Christum. Præcipit ergo auctoritate à Domino nostro Jesu Christo sibi tradidit. Obsecrat Christianos fratres suos per paternam Jesu Christi viscera. Sicque facit sermonem et terribiliorem et blandiorem simul, et ex utraque parte, terroris scilicet et blandimenti, potentiorem. Hinc discat omnis prælatus, Christi vicarius, præcepta sua mitigare, plus obsecrare quam præcipere, et ad paternam Christi viscera sæpius quam ad divinam Christi auctoritatem recurrere. Utrumque autem, et potestatem et bonitatem, adhibere ubi necessitas est, spiritu et animo ipsius Christi, id est, quo usus est et uteretur Christus, cujus vires gerit; scilicet ex solâ charitate, ex solâ charitatis motivo, ut corrigatur et salvetur frater, pro quo Christus mortuus est.

UT CUM SILENTIO OPERANTES. Præcipio et obsecro, etc., ut cum silentio, id est, sileant, quieti sint, apud se maneant, non cursilent, non sint diceces et garruli; non sibi et aliis inquieti. Operantes. Laborent, non sint otiosi. Sicque PANEM SEUM, labore suo scilicet acquisitionem, manducent: otiosi non sum, sed alienum, comedunt. Silentium opponit inquietudini; laborem otio. Tunc labor utilis est et anime et corpori, cum fit in silentio, animo penitenti, contrito et recolecto.

VERS. 13. — *Vos autem, fratres*... Otiosus præcepit ut laboret; nunc ceteros fratres, corpus scilicet Ecclesiæ, hortatur ad beneficentiam. Quia dixit de otiosis: Separemini ab eis, statim misericordiâ motus, timensque ne fame pereant, addit: *Vos autem, fratres*, ne fatigemini benefacere, nec vestram mu-

VERS. 11. — *Auditivus*, id est, audimus, enim inter vos quosdam ambulare inquiete, id est, inordinatè, in compositione, nihil operantes, sed curiosè agentes. Docet hic Apostolus homines otiosos esse curiosos, garrulos, diceces, etc.

VERS. 12. — *Is autem, qui ejusmodi sunt*, denuntiamus, id est, præcipimus, et obsecramus in Domino Jesu Christo, id est, per Dominum Jesum Christum.

Ut cum silentio, id est, cum quiete, operantes, suum panem manducent. Operatur ergo cum silentio et quiete, qui rerum alienarum incuriosus, suo operi incumbit.

VERS. 13. — *Vos autem, fratres*, etc. Horror ergo ut ita pereatis, nec delictatis, id est, non sequestratis, non delasceamini, benefacendo, omnibusque cla-

nificentiam superet eorum improbitas: etsi non corrigantur, ne propterea cessatis eis benefacere. Caritas semper caritas est, id est, semper beneficiatus: sicut Deus, ipsa caritas essentialis, bonus et malis beneficiat. *Solem suum super bonos et malos oriri facit: sic et vos... estote perfecti et boni, sicut Pater vester cœlestis*. Deus in paupere videndus, non attendenda improbitas pauperis.

VERS. 14. — *Quod si quis non obedit*... HINC NOTATE. Sicut bovem corruptetam, ait Erasmus. Et nullum cum eo habeatis commercium. Ecce penam.

UT CONFUNDATUR, ut pudore suffusus respiciat. Ecce finem et utilitatem punitionis.

Superiores hic alloquitur, ut contumacem notent. Hæc nota est quasi specialis excommunicatio. V. 6, comminatio facta est, seu excommunicatio lata in genere: *Denuntiamus ut subtrahatis vos ab omni fratre*... Nunc autem hanc penam restringit ad eos qui post hanc Epistolam admoniti contumaces erunt: *hos notate*, publicè ac nominatim eos designate, ut à ceteris fratribus vitentur. Hinc bene potest inferri quòd prius præcedere debebat excommunicatio comminatio; quòd solis contumacibus et rebellibus imponi debebat hæc terribilis puniitio; quòd animo non duro, nec acri, aut imperioso, sed paterno, misericordiâ et charitate pleno; non ut perdatur frater, sed ut sanetur infirmus; eo itaque animo, quo porrigitur medicina.

VERS. 15. — *Et nolite quasi inimicum*... Ecce rursum paternam Pauli viscera præ terneritudine commota. Timens ne ab ipso infirmus ille desperans à fraternitate decidat, aut excludatur, addit: *Nolite quasi inimicum existimare*, sed ut fratrem, fraternâ charitate corrumpite. Sic æquitas servanda, ut non ledatur charitas. Justitia à misericordiâ nunquam est separanda, sed utraque semper jungenda. Etiam excommunicatum debet superior, ut fratrem, animo benevolè prosequi, ei elemosynam et corporalem et spirituales porrigere, et panem dare famem patienti, v. 13: *Vos autem, fratres*... et cum mansuetè corrigere, ut respiciat. Theophylactus hic in eos qui pauperibus dure denegant elemosynam: Propter te, inquit, pauperie afficiunt, ut tu per clementiam tuam quam illi exhibes vulnera tua curare possis; ut verò eum qui tui causâ inops est repellis; qualis sunt ista stupiditatis!

VERS. 16. — *Ipse autem Dominus pacis*... Vide paraphrasim.

ritatem exhibendo.

VERS. 14. — *Quod si quis non obedit verbo nostro per epistolam*; q. d.: Si quis non obediit præcepto meo, quod per hanc epistolam vobis significo, hinc notate. Id est, signate, ut vitentur ab omnibus.

Et ne commisceamini, cum illo, ut confundatur. Ut scilicet videns se ab omnibus vitari et negligi, pudeliat, peniteat, et corrigatur.

VERS. 15. — *Et nolite quasi inimicum existimare*, etc. Id est, admonete, et quasi mentem quam amisistis, reddite ac reponite, monete consiliis.

VERS. 16. — *Ipse autem Dominus pacis*, Deus fons, auctor et amator pacis, dei vobis pacem sempiternam,

In omni loco. Noster interpres legit de mari eodem, in omni loco. Græca nunc habent de mari eodem, in omni modo. Nostra lectio, melior, optat pacem semper et ubique, quæ per Dei gratiam hic haberi potest; omnimoda verò reservatur in cælis.

VERS. 17. — SALUTATIO MEA... Illicusque per amantem scripsit, cui scilicet Epistolam dictavit Apostolus, nunc vero propria manu salutatio.

QUOD EST SIGNUM IN OMNI EPISTOLA. Ita scribo, id est, sic in a propria manu salutationem scribo, hæcque salutatio, meâ manu scripta, signum est quo

id est, semper, perpetuo, in omni loco, in omni tempore.

Dominus sit cum omnibus vobis, scilicet per gratiam suam.

VERS. 17. — *Salutatio, meâ manu Pauli, q. d.:* Salutationem hæc quæ vos saluto, ego Paulus meâ

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda, et ad proximam redigenda.

1° Ex v. 5 discite quàm meriti sancta Ecclesia, à Spiritu sancto semper directâ, per animum in suis officiis oret, et suo nos exemplo doceat orare: *Dominus autem dirigat corda nostra in charitate Dei et patientiâ Christi.* Charitas et patientia sunt recta salutis semita. Huic utriusque virtuti nobis semper studendum. Nostrum itaque votum continuum, omniumque orationum nostrarum summa hæc esse debet: *Dominus dirigat corda nostra in charitate Dei et patientiâ Christi.* Deus à nobis est super omnia diligendus. Ab hoc autem amore, et consequenter à salutis viâ, nos continè retrahat fallacia hujus mundi bona. Huic jugiter orandum: *Dominus dirigat corda nostra in charitate Dei.* Diligam te, ô Deus cordis mei, diligam te ex toto corde meo; nec sinas minimam illius partem ad bona creata effluere. Vide v. 5 et observationem moraleam. Mala hic sunt inevitabilia; necessariò patiendum. Huic rursus orandum: *Dominus dirigat corda nostra in cha-*

omnis germana Epistola meâ à suppositiis discerni potest.

Hæc autem salutatio est quæ sequitur:

VERS. 18. — GRATIA DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI SIT OMNIBUS VOBIS. AMEN. Hæc verba pro eo quod est, vale, scribere solebat, ait Theodoretus. A gratiâ orsus est, et in gratiam finit, ait Theophylactus. Hanc semper toto corde desideremus, sine quâ nec opus bonum incipere possumus, nec exsequi, nec perficere.

nam subscribo.

Quod est signum in omni epistola, ita scribo. Ut nos epistolis vale subscribimus, ita Apostolus subscribitur.

VERS. 19. — *Gratiâ Domini nostri Jesu Christi, etc.;* hoc enim hæc omnia omnibus ejus epistolis subscriptum invenitur.

rite Dei et patientiâ Christi. Patiar ut Christus, eo animo quo passus est Christus. Patiar itaque ad Dei gloriam, ad peccatorum meorum expiationem, ad æternæ beatitudinis meritum; sicut Christus passus est ad Dei gloriam, ad peccatorum nostrorum remissionem, ad æternam beatitudinem nobis promerendam. Alia vide v. 5.

2° Mirare, et pro tuo modulo imitare sanctum Paulum animas convertentem, et manibus laborantem; Ecclesias fundantem, et æternæ tabernacula consentientem: Ne panem, inquit, à quopiam gratis acciperem. Hocque mirabili edoctus exemplo, labora, munera respice, spiritualia gratis largire.

3° Nota quòd laborandum. Quare? vide v. 10. Modum sanctè laborandi, v. 12.

4° Paterna Pauli viscera, in v. 15, 14, 13, observet et imitetur omnis ecclesiasticus superior.

Corollarium pietatis, etc.

Cap. V. Ex fide iustitiam, etiam in adversariis. Per unius Christi obedientiam iustificamur.

Analysis. 115-114

Paraphrasis. 115-116

Commentaria. 117-118

Corollarium pietatis, etc.

Cap. VI. In Christo baptizati sumus. Servi facti iustitiæ, tradamus membra nostra in obsequium iustitiæ ad vitam.

Analysis. 155-156

Paraphrasis. 157-158

Commentaria. 147-148

Corollarium pietatis, etc.

Cap. VII. Christo servandum in novitate spiritus.

Occasione legis, quamvis ea foret sancta, ne quis se exeruit peccatum.

Analysis. 151-152

Paraphrasis. 155-154

Commentaria. 155-156

Corollarium pietatis, etc.

Cap. VIII. Christo insit per Baptismum à damnatione sunt liberi. Spiritus adoptionis nos cum Christo coheredes facit. Quid orandum sit docet Spiritus.

Analysis. 175-174

Paraphrasis. 177-178

Commentaria. 205-204

Corollarium pietatis, etc.

Cap. IX. Judæorum ruina irrita non fiet promissiones. Deus cujus vult miseretur, et quem vult indurat.

Analysis. 207-208

Paraphrasis. 211-212

Commentaria. 257

Corollarium pietatis, etc.

Cap. X. Orat Apostolus pro Judæis Christum finem legis ignorantibus. Iustitia ex operibus legis ab eâ que est ex fide diversa.

Analysis. 259-240

Paraphrasis. 241-242

Commentaria. 245-244

Corollarium doctrinale, confirmans quæ in præcedentis capituli corollario dicta sunt.

Cap. XI. Quidam Judæi gratiâ electione servati. Gentibus gratiâ bonitate assumptis non gloriantur adversus Judæos.

Analysis. 253-256

Paraphrasis. 257-258

Commentaria. 259-260

Corollarium pietatis, etc.

Observatio generalis ad doctrinam spectans et ad mores. 280

Cap. XII. Docentur Romani ut Deo totos se dedant, ut omnia ad utilitatem proximi ordinent, ipsique inimicis beneficiant.

Analysis. 281-282

Paraphrasis. 285-284

Commentaria. 283-286

Corollarium pietatis, etc.

Cap. XIII. Superioribus obtemperandum. De proximi dilectione. Amplectamur Christi virtutes.

Analysis. 297-298

Paraphrasis. 299-300

Commentaria. 301-302

Corollarium pietatis, etc.

Cap. XIV. A firmiter infirmi sunt fovendi. Nihil edendum, aut cum fratre offendiculo, aut contra suam conscientiam.

Analysis. 309-310

Paraphrasis. 311-312

Commentaria. 315-314

Corollarium pietatis, etc.

Cap. XV. Inferiorum imbecillitas sustinenda. Judæis juxta promissiones, gentibus verò ex miseri-

cordiâ prædicatum est Evangelium. Dicit Apostolus ad Romanos se venturum.

Analysis. 325-326

Paraphrasis. 329-330

Commentaria. 331-332

Corollarium pietatis, etc.

Cap. XVI. Variæ salutationes. Quinam vitandi.

Analysis. 345-346

Paraphrasis. 347-348

Commentaria. 349-350

Corollarium pietatis, etc.

IN PRIMAM EPISTOLAM AD CORINTHOS PRÆFATIONES.

IN PRIMAM EPISTOLAM AD CORINTHOS COMMENTARIA. 361-362

Caput primum. De baptizatoribus schismata. Reprolata mundi sapientia. Contemptibilium electio, ne quis in se gloriatur.

Analysis. 367-368

Paraphrasis. 371-372

Commentaria. 387-388

Corollarium pietatis, etc.

Cap. II. Ostendit Paulus se Christum crucifixum veris simplicibus prædicasse Corinthios.

Analysis. 389-390

Paraphrasis. 401-392

Commentaria. 405-406

Corollarium pietatis, etc.

Cap. III. Corinthiis adhuc carnalibus prædicari non poterunt: recondita fidei mysteria. Solus Christus quid sumus nos.

Analysis. 407-408

Paraphrasis. 409-410

Commentaria. 425-426

Corollarium pietatis, etc.

Cap. IV. Non temerè judicandum de Dei ministris. Arguuntur Corinthii quod de donis acceptis gloriantur. Dicit Apostolus Corinthum se brevi venturum.

Analysis. 427-428

Paraphrasis. 429-430

Commentaria. 451-452

Corollarium pietatis, etc.

Cap. V. Reprehenduntur Corinthii quòd tollerent virum in ecclesia publicè viventem, quem Apostolus absens tradidit Satanae.

Analysis. 445-444

Paraphrasis. 451-452

Commentaria. 451-452

Corollarium pietatis, etc.

Cap. VI. Corripuntur Corinthii quòd iudicio contederent coram iudice ethnico. Quædam licent quæ non expediunt.

Analysis. 455-454

Paraphrasis. 455-456

Commentaria. 460-470

Corollarium pietatis, etc.

Cap. VII. Monita de matrimonio. Commendatur celibatus. Matrimonio antepositur virginitas.

Analysis. 475-474

Paraphrasis. 477-478

Commentaria. 485-484

Corollarium pietatis, etc.

Cap. VIII. Idololatria non edenda, vel repugante conscientiâ, vel cum infirmorum offendiculo.

Analysis. 495-496

Paraphrasis. 497-498

Commentaria. 505-506


Corollarium pietatis, etc.

Cap. IX. Apostolus Corinthiis prædicans ne victimam quidem accipit; omnia fit omnibus ut plures convertat.

Analysis. 507-508

Paraphrasis. 507-508

INDEX RERUM.



MONITUM.	9-10	Cap. II. Judæi et gentes relarguntur. Gentes et quæ legis sunt naturaliter præstantes, pro circumcisiis habende sunt.	53-54
BERNARDINI A PICONIO VITA.	Ibid.		55-56
JOANNIS GORCOMII VITA.	Ibid.		57-58
ESTII VITA.	11-12		69-70
Bernardini A Piconio hoc opus inchoans Deo optimo maximo votum.	Ibid.		71-72
Scopus auctoris, operisque ratio et occasio.	13-14		75-76
Prologus in omnes D. Pauli Epistolas.	15-16		89-90
JOANNIS A GORCOMII in Epistolas D. Pauli PROCEMIUM.	Ibid.		91-92
IN EPISTOLAM AD ROMANOS PRÆFATIONES.	21-22		95-94
IN EPISTOLAM AD ROMANOS COMMENTARIA.	27-28		95-96
Caput primum. Ostenditur ethnicos à Deo meritò fuisse desertos.	Ibid.		
Analysis.	29-50		
Paraphrasis.	51-52		
Commentaria.	55-54		
Corollarium pietatis, seu in hoc capite maximè observanda, et in proximam redigenda.	51-52		